IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 147v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Benedic benedictione

laudis aia mea domino et omnia que intra me sunt secundum intellectus voluntas ceterique potentie et vires ne discrepent benedicite nomini sancto eius quia corde totisque aie viribus laudando ē deus

Et quia hoc maxime faciendum est iterum repeto

Benedic aia mea dno et ut semper benedictas noli obliuisci beneficia sua que immutabilia sunt

Item benedic aia mea dnm qui ipse ē qui propitiat omnibus iniquitatibus tuis eas remittendo Item quia ipse ē qui sanat omnes infirmitates tuas fouendo blandis mitigando asperis omnipotenti enim medico nullus insanabilis languor occurrit

Ceterum benedic aia mea dno quia ipse ē qui redemit per proprium sanguinem filio suo aias tuas de interitu perpetue damnationis benedic iterum dno quia ipse ē qui te iustum suam misericordiam et in suis miserationibus coronabit corona gaudii meternum

Propterea benedic anima mea dno qui replet in bonis desiderium tuum quia solus ipse qui fons omnium bonorum ē replere potest quod tunc facit cum sanctos suos tuitione faciat de hoc seculo ad domum beatitudinis sue ubi sancti omnibus bonis replebuntur et renouabitur ut aquilie iuuentus tua in resurrectione sua in qua sanctis in etate iuuenili resurgent mutati de corruptione in incorruptionem

Amplius benedic aia mea dnm qui ipse facienus iniuriam est etiam faciens iudicium et vindictam omnibus iniuriam patientibus et oppressis impyis eripit pauperes suos

Propheta narraturus mirabilia quas deus fecit patribus antiquis inquit Notas fecit moysi preceptis legis que sunt venendi ad salutem et mandata sue voluntatis expressa per moysen nota fecit filiis israhel